Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hunc ergo cum silentio
Reconditum tenete,
Nec non legendo sæpius
Sit nosse cura uobis.
Sui ueritate cognita,
Sophiæ uias euntes
Hæc summa dona Numinis
Lorabitis decenter.
O auctor omnium DEVS.
Rerumq. finis, audi,
Cuæ uota nos per filium
Iesum tibi dicamus.
Vt sensa nostra illumines
Et cogitata mentis.
Vt te per astra laudibus
Firma fide feramus,
Et hunc, uolente te, librum
Cum laude finiamus,
Tu cuncta capta dirige
In publicam salutem,
Et nos tua clementia
Foue, tuere, serua.
Hoc fecit alma Trinitas
Et unitas perennis.